Rota przysięgi JX^o Ignacego Baranowskiego Konsultora Prowincyi Litt. Starszego Antopolskiego R^u 1788, dnia Grudnia

Ja UU. przysięgam Panu Bogu Wszechmogącemu w Trójcy SS. iedynemu, iż oddaną maiąc w dozor i zawiadowanie swoie Kassę Klasztoru tuteyszego Antopolskiego, cokolwiek do tey Kassy przychodzić będzie nic nieuymuiąc, cokolwiek zaś z teyże na potrzeby Klasztoru wydawać będę nic nie przyczyniaiąc szczelnie i sprawiedliwie zawsze wpiszę w Regestra Prowentowe lub Expensowe. Tak mi Panie Boże dopomoż i niewinna męka Chrystusowa.

Rota przysięgi JX^o Jonasza Kiszki Archiwisty Prowincyi Roku 1788. 8bra 27. w Zyrowicach.

Ja UU. przysięgam Panu Bogu Wszechmogącemu w Troycy SS. iedynemu na tym, iż wezwanym będąc od Prowincyi moiey na Urząd Archiwisty, wiernie i pilnie w sprawowaniu tegoż zachowam się, w układaniu Archiwów Klasztorow mnie powierzonych, i powierzyć się maiących, stosownie do Regul mnie przepisanych postępować będę, ani na szkodę Klasztorow naszych powziętey wiadomości nie użyię, ani kogokolwiek wzbudzę, ani dokumentow żadnych nie zatracę, i kómukolwiek ku szkodzie Klasztorow nie wydam. Na co iako sprawiedliwie przysięgam, tak mi Panie Boże dopomoż i Nayświętsza męka Chrystusa Pana.

Instrumentum in personam ARP^i Alexandri Barański Rectoris Vladimiriensis expeditum Polociâ 1789 d 22 Febr:

Noverit ARPV^a delatum Nobis esse RPatrem Demetrium Balinski Vicarium Monasterii Dermanensis eo impudentiae devenisse, ut Dubnae Contractuum tempore, quo frequentissimus erat Civium concursus, in publicis tabernis, proposita pecuniâ chartis ludere ausus fuerit, atq; cum turpe lucrum turpius sectaretur, quinquaginta aureos nummos, sive prout alii, se fortassis melius comperta, nuntiarunt, sexaginta octo amiserit cum summo statûs Monastici dedecore, Populorum, ad quos notitia facti pervenerat, offensione, Religionis damno et aperto proprietatis vitio. In tam scandalosam agendi rationem, cum tanto locorum intervallo dissiti pro munere nostro inquirere et animadvertere nequeamus, ARPti V^ae, de cujus prudentia et in rebus gerendis dexteritate plurimum confidimus, vices nostras committendas esse duximus prout defacto praesentium tenore

Commit.

committimus, ac ob majus meritum in virtute S^ae^ Obedientiæ præcipimus, ut captato tempore, non tamen illud nimium protrahendo, ad Monasterium Dermanense descendat, veritatem delationis inquirat, momenta ad rem evincendam idonea produci jubeat, Reumque ipsum examinet, atque si præfatum R. P. Demetrium Balinski modo super exposito deliquisse compererit, ad puniendum authoritate nostrâ procedat. Ad quorum effectum dum A.R.P.V^ae^ plenam in Domino potestatem impertimur, Monachis Monasterii Dermanensis inquilinis in virtute S^ae^ Obedientiæ præcipimus, ut Ipsi ad præfata ritè peragenda in omnibus morem gerant. Datum etc.

Instrumentum in personam A.R.P. Don Paschasii Leszynski pro tradendo Monasterio Bonnensi, atque ibidem absolvenda Visitatione Canonica. Datum Vilnæ 1789 Die 24 Junii.

Visum est Nobis in D^no^ conferre Superioratum Monasterii Bonnensis A.R.P. Don Adriano Butrymowicz, quem ut rite occupare valeat A.R.P.V^ae^, de cujus prudentia et in rebus agendis dexteritate plurimum confidimus, committendum duximus prout de facto per præsentes committimus, atque in virtute S^ae^ Obedientiæ præcipimus, ut ad supra fatum Monasterium se conferat, ibique supellectilem tam Ecclesiasticam, quam domesticam accurate recenseat, Registra expensiva et perceptiva ad calculum reducat, Archivium Monasterii Bibliothecamque revideat, si et in quantum in ordinem redigat, vel redigenda Novo Superiori demandet. Vestiarium Monachis, pensionem famulis exsolvi jubeat, duo Inventaria conficiat, in iisque Statum Monasterii, Prædiorum et Colonorum, si quos habet, summamque item Capitalium, si quæ sunt describat, et eorum alterum ad Nos, Archiviumque Provinciæ remittat, Alterum Novo Superiori penes installationem Ejusdem coram Communitate à se convocata consignet. Depositarium Cassæ Communis eligi faciat, et ab eo juramentum super fideliter scribendis tum perceptivis tum expensivis Registris ad præscriptum Capituli Generalis Brestensis in facie Communitatis accipiat. Quia vero ob penuriam temporis, et urgentissima negotia aliò Nos avocantia in persona ad Monasterium Bonnense descendere, ibique Canonicam visitationem pro more et necessitate instituere non valemus, A.R.P.V^ae^ vices Nostras committendas duximus, prout de facto præsentium tenore committimus. Volentes ut singula, quæ Visitatoris munus concernunt, Ejusque diligentiam vigilantiamque exigunt, studiose adimpleat, præcipue vero singulis ad Examen vocatis, ex iisdem notitiam Theologiæ Moralis exquirat, et quos